

postea exprimatur, & percoletur Acetum.

Non absimili modo paratur Acetum

Ex Foliis Rutæ,
Floribus Sambuci.

ACETUM SCILLITICUM.

R Scillæ exsiccatæ, & concisæ . . libram unam;
Aceti acerrimi Vini albi . . libras octo:
Dies quindecim in lagena vitrea probe clausa digere:
leniter exprime, & cola.

CAPUT IV.

DE DECOCTIS.

§. I.

SIMPLICIA:

DECOCTUM CORNU CERVI:

R Scobis Cornu Cervi uncias tres;
Aquæ communis libras quatuor:
Ad sextæ partis exhalationem fervefacito; postea De-
coctum cola.
N. Si Gelatinam Cornu cervini parare vis, Decoctum
eatenus ebullire finito, ut Aqua vaporet fere ad ter-
tias: tum expressione Decoctum cola, & admisce
Ovi

86 DE DECOCTIS.

Ovi Albumen agitatum,

Sacchari albi . . . unciam unam, & semis;

Succi Limonum, vel Crystalli Tartari paullulum:

Post breuem ebullitionem panno Liquorem trahice, & in frigido loco repone, ut concresecat.

*Similiter parabis Decoctum Eboris; tum
ejus Gelatinam evaporatione ad medias
fere producta.*

DECOCTUM HORDEI.

R Hordei mundi . . . unciās duas;
Aquæ communis . . . libras tres:
Ad tertiæ partis evaporationem decoque; postea cola.

§. II.

COMPOSITA.

DECOCTUM LIGNORUM STIBIATUM:

R Scobis Ligni Guajaci . . . unciās duas;
Corticis ejusdem contusi,
Radice Sarfæ parillæ minutim incisæ ana unciam
unam, & semis,
Sassafras in particulas secti . . . unciam unam,
Antimonii confracti,
Pumicis . . . ana unciās tres,
Aquæ communis . . . libras duodecim:
Gua-

Guajaci Lignum, Corticem, & Sarsam parillam mitte in vas figulinum vitreatum: Aquam affunde, & Antimonium cum Pumice in panno lineo inclusum ita suspende, ut vasis fundum non attingat. Per noctem infusio fiat; mane ad medias igne lento coque: exprime: cola. Tum Sassafras indito in cucurbitam vitreatam: percolatum fervens Decoctum affunde, & statim operculum impone: macerari finito, donec refrigescat: tandem cola.

DECOCTUM CATHOLICUM SIC DICTUM.

R Radicis Graminis . . . unciam unam, & semis,
 Sarsæ parillæ . . . unciam unam,
 Foliorum Cichorii,
 Agimoniæ,
 Betonicæ,
 Capilli Veneris;
 Pimpinellæ . . . ana manipulum semis,
 Foliorum Sennæ Orientalis,
 Epithymi . . . ana semunciam;
 Radicis Liquiritiæ . . . drachmas duas,
 Seminum Anisi . . . drachmam unam,
 Aquæ communis . . . libras quatuor:
 Sarsa parilla, & Gramen ad medias in Aqua bulliant:
 his adde Glycyrrhizam: tum Herbas incisas.
 Post levem ebullitionem Decoctum cola. Foliiis au-
 tem Sennæ, Epithymo, & Seminibus Anisi af-
 funde Aquæ ferventis uncias sex, & sine ad ali-
 quot horas macerari: postea colatum Liquorem cum
 Decocto commisce.

DE-

DECOCTUM EMOLLIENS OFFICINARUM.

R Radicis Althææ . . . unciam unam ;
 Foliorum Malvæ ,
 Violarum . . . ana manipulum unum ,
 Aquæ communis . . . libras quatuor :
 Herbas cum Radice incisas , ut artis est , decoque : dein-
 de cola .

N. Si carminans idem efficere velis , ad singulas De-
 cocti calentis libras adjice Seminum Carvi semun-
 ciam , & Florum Chamæmeli manipulum dimidium ;
 tum operto vase sine ut refrigescat .

DECOCTUM PECTORALE OFFICINARUM.

R Caricarum pinguium incisarum ,
 Jujubarum ,
 Passularum mundatarum ,
 Liquiritiæ ana semunciam ;
 Aquæ communis libras sex :
 In aheni , quod stanno obductum sit , coquantur Fruc-
 tus , usque dum Aquæ tertia pars absumpta sit ; tum
 vas ab igne remove : Liquiritiam mundatam , &
 incisam adde : aliquantum macerari finito ; postea
 Decoctum cola .

